Quelle: https://manuscripta.at/?ID=409
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Illud uero fidentissime dixerim. eum qui pro
homine ad hoc interuenit. ne male ab
lata restituat. et qui ad se confugientem
quantum honeste potest ad restituendum non com
pellit. socium esse fraudis et criminis. Nam
misericordius opem nostram talibus subtra
himus quam inpendimus. Non enim opem
fert qui ad peccandum adiuuat. ac non
potius subuertit atque opprimit. Sed numquid
ideo nos aut exigere. aut exigendum tra
dere uel possumus uel debemus? Agimus quantum
episcopalis facultas datur. interdum humanum quidem
non numquam. sed maxime ac semper diuinum
iudicium comminantes. Nolentes autem
reddere quos nouimus et male abstu
lisse. et unde reddant habere arguimus. incre
pamus. detestamur. quosdam clam. quosdam
palam. sicut diuersitas personarum diuersam
uidetur posse recipere medicinam. nec aliquorum
pernicie ad maiorem insaniam concitari.
Aliquando etiam si res magis curanda non impedit.
sancti altaris communione priuamus. Verum sepe
accidit. ut nos fallant. uel negando se
abstulisse uel affirmando se unde restitu
ant non habere. Sepe etiam uos fallimini pu
tando. uel nos non agere ut reddant. uel ipsos
habere unde reddant. Omnes autem pene omnes
homines. amamus nostras suspiciones. uel
uocare uel existimare cognitiones. cum
credibilibus rerum signis mouemur. cum
credibilia nonnulla sint uera. Loquor quosdam com
memorans. qui et sceleris penam sibi cupiunt
relaxari. et id propter quod scelus admissum est
possidere. addidisti etiam et ista. prorsus quoque
interueniendum putat sacerdotium
uestrum. Fieri enim potest ut tu scias quod
ego nescio. et propterea putes pro aliquo inter
ueniendum quod me fallere potuit tu
te non potuerit. ut ego eum non credam

sint falsa. sicut incredibilia nonnulla

possidere quod tu possidere nosti. Ita fit. ut cum
de reo sententia non una sit nostra. neutri
tamen nostrum placeat. quod res non redditur alie
na. De homine. ut homines diuersa
sentimus. sed in ipsa iusticia simul sumus.
Sic omnino et fieri potest. ut quod scio aliquem non
habere. hoc eum tu habere non certissime te
neas. sed credibiliter suspiceris. et ob hoc uel
uidear interuenire. pro eo qui et sceleris
penam sibi cupiat relaxari. et id propter quod
scelus admissum est possidere. Ad summam
ergo neque apud tales si qui repiuntur
qualem te esse gaudemus. neque apud teipsos
os qui magno studio aliena ac nichil
profutura. multaque et preciosa. ac perni
ciosa petunt. neque apud cor meum
cui testis est deus ausim dicere. sentire. de
cernere. interueniendum esse pro aliquo ut
quod scelere abstulit. sceleris impunitate
possideat. sed ut remissa iniuria quod in
iuriose abstulit reddat. si tamen habet
quod abstulit. uel aliud unde illud restituat.
Non sane quicquid ab inuito sumitur. iniu
riose aufertur. Nam plerumque nec
medico uolunt reddere honorem su
um. nec mercedem operario. Nec hec
tamen qui ab inuitis accipiunt per iniuriam
accipiunt. que potius per iniuriam non da
rentur. Sed non ideo debet iudex uendere
iustum iudicium. aut testis uerum tes
timonium. quia uendit aduocatus
iustum patrocinium. et iurisperitus ue
rum consilium. Illi enim inter utramque
partem ad examina adhibentur. isti ex
una parte consistunt. Cum autem iudi
cia et testimonia. que nec iusta et uera
uendenda sunt iniqua et falsa uenduntur.
multo sceleratius utique pecunia sumitur.
quia scelerate etiam quamuis ana— leg